Filios habentem subditos cum omni
castitate. Ne scilicet imitarent
filios heli qui in vestibulo tem
pli cum mulieribus dormiebant
et religionem praedam putantes
quidquid obtimum in ostiis erat
in luxus delicias convertebant;
Non in neofitum ne in superbiam ela
tus in iudicium incidat diaboli,
Mirari satis non queo quae hominum
tanta sit caecitas. De uxoribus an
te baptismum disputare et rem in
baptismate mortuam immo cum xpo
vivificatam in calumniam trahere
cum tam apertum evidensque praeceptum
nemo custodiat; Heri catechume
nus hodie pontifex. Heri in amphi
theatro hodie in ecclesia. Vespere
in circo mane in altari. Dudum
fautor strionum Nunc virginum
consecrator, Num ignorabat apos
tolus tergiversationes nostras et ar
gumentorum ineptias Nesciebat qui dixit
unius uxoris virum, ipse mandasse in
reprehensibilem sobrium. prudentem.
ornatum. hospitalem. doctorem. mo
deratum. non vinolentum. non percusso
rem. non litigiosum. non avarum non ne
ofitum; Ad omnia claudimus oculos solas
videmus uxores; Quod autem ait ne in su
perbiam elatus incidat in iudicium dia
boli. quis non exemplo vere probat, ignorat
momentaneus
blanditias sacerdos humilitatem

et mansuetudinem rusticorum. Ignorat
blanditias christianas. nescit se ipsum
contemnere de dignitate translatus; transfer
tur ad dignitatem, Non ieiunavit non
flevit non mores suos reprehen
dit. et assidua meditatione correxit,
Non substantiam pauperibus erogavit,
De cathedra quomodo ducitur ad
cathedram id est de superbia ad superbiam; Iudicium
autem et ruinam diaboli Nulli dubium
quod arrogantia sit; Incidunt in eum, qui in
puncto horae nec dum discipuli iam magis
tri sunt; Oportet autem et testimonium
eum habere bonum ab his qui foris sunt;
quale principium tales et clausula,
Qui inreprehensibilis est non solum a domes
ticis sed et ab alienis consono ore lau
datur alieni et extra ecclesiam iudei
heretici atque gentiles; Talis ergo
sit pontifex xpi ut qui religioni de
trahunt, vitae eius detrahere non
audeant; At nunc plerosque cerni
mus favorem populi in aurigarum
modum pretio redimere. tanto omni
um hominum odio vivere ut non extor
queant pecunia quod mimi impetrant
gestibus; Haec fili oceane sollicito timo
re perquirere. Hoc magis ecclesiae
custodire debebant hos in sacerdotibus
eligendis canones observare non iuxta
propria odia et privatas simultates car
pentem que tempoitatem invidiae
legem xpi interpretari, Vide quanti sit

UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK HEIDELBERG
BLB Badische Landes-Bibliothek
HESSEN Staatliche Schlösser und Gärten Hessen
Organisation der Vereinten Nationen für Bildung, Wissenschaft, Kultur und Kommunikation
Kloster Lorsch Welterbestätte seit 1991
© Badische Landesbibliothek
http://bibliotheca-laureshamensis-digital.de/view/blb_augperg105/0258